



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. VI. Corollaria præcedentis doctrinæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

44. **E**X dictis inferes primò, quòd in Eucharistia species consecrata, continentes corpus & sanguinem Christi, sunt sacramentum tantum: corpus autem & sanguis Christi sub illis, sunt res sacramenti & sacramentum simul: gratia verò sanctificans, res sacramenti tantum. Ratio est, quia species consecrata significant tantum, & non significantur: corpus & sanguis Christi, significantur ipsis speciebus, & significant gratiam; ita tamen quòd non tantum significantur, ut volunt hæretici, sed etiam verè & realiter sub illis continentur: gratia verò sanctificans, per modum alimentis spiritualibus, tantum significatur, nec significat aliquid quòd sit effectus proprius sacramenti Eucharistiae, licet significet gloriam, cuius est semen, quæ est significatum commune omnibus sacramentis.
45. Inferes secundò, Sacramentum Eucharistiæ physicè sumptum, nihil aliud esse, quam species panis & vini, consecratæ sub præscripta verborum forma, ut realiter continent Christum, ad causandam gratiam cibantem animam. Metaphysicè verò consideratum, esse sacramentum novæ legis, significans Christum, ut realiter contentum sub ipsis speciebus, & gratiam cibantem animam.

45. Inferes fecundò, Sacramentum Eucharistiæ
phyficè fumptum, nihil aliud eſſe, quam ſpecies pan-
nis & vini, conſecratæ ſub ſcripta verborum
forma, ut realiter continent Chriſtum, & ad cauſan-
dam gratiam cibantem animam. Metaphyſicè verò
conſideratum, eſſe ſacramentum novæ legis, ſigni-
ficans Chriſtum, ut realiter contentum ſub iſtis
ſpeciebus, & gratiam cibantem animam.

ARTICULUS II.

*Verum Sacramentum Eucharistiae, sit unum
specie infima, & unde unitas eius speci-
fica desumatur?*

46. **E**Xtra dubium & controversiam est, Eucharistiae sacramentum esse aliquo modo unum, tum quia in omnibus speciebus consecratis continetur Christus, qui est unus: tum etiam, quia Eucharistia est sacramentum, Ecclesiasticae unitatis, quae per illud significatur, & quodam modo efficitur, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 10. *Unus panis & unum corpus multis sumus omnes qui de uno pane & de uno calice participamus.* Verum difficultas est & controversia inter Theologos, de modo hujus unitatis, an scilicet illa sit specifica, vel duntaxat generica? Quidam enim, ut Major, & Gabriel, apud Vazquez hic disputatione 39. sectione 3. existimant, Eucharistiam esse unum sacramentum in genere solum, & plura specie distincta. Alii vero Theologi communiter docent, illam esse unum sacramentum unitate specifica & atomi. Verum adhuc difficultas est, unde sit haec unitas desumenda: Aureolus enim illam sumit ex unitate rei contentae, qui est Christus: Alensis, & Divus Bonaventura, ex unitate institutionis; Sanctus vero Thomas, ejusque Discipuli, & alii Theologi communiter, ex unitate finis ad quem ex Christi institutione ordinatur, nimirum refectio- nis spiritualis.

§. 1.

Duplici conclusione vera sententia statuitur.

47. **D**ico primò, Eucharistiam esse unum specie infima sacramentum, & non plura specie diversa.
Probatur conclusio ratione quam insinuat S.

Probatur conclusio ratione quam insinuat S.

A Thomas in 4. sent. dist. 8. quest. 1. art. 1. in prima
ex argumentis *sed contra*, quia propter unitatem
resolutionem quatuor vincula 2. his verbis: *Et quia
duo, tunc sacramenta novae legis non essent nisi
septem*: Sed hoc est contra communem sententiam
traditionem Ecclesiae, ut constat ex Lamentatione
cap. *Firmiter*, de summa Trinitate, ex Pater-
nino in instructione Armenorum, et ex Titido-
no sess. 7. ubi asseritur esse septem sacramenta no-
vae legis, & non plura: Ergo Eucharistia est
specie infima sacramentum, & non plura
verba.

Nec valeri dicas, quòd sunt tantum *genera*
sacramenta novæ legis, five genericè, five spe-
cificè; ita quòd quædam sunt specificè unum, ut
B Baptismus & Confirmatio, alia genericè unum
tantum, ut sacramentum Ordinis, vel etiam Eucha-
stia. Nam contra est, quia sacramentum Ordinis
etiam specificè est unum, quia tota species & es-
sentia sacramenti Ordinis, desumitur ex eodem
unum specificè, scilicet ex ordine ad sacrificium
quia sacerdotium & sacrificium correlatiue re-
spondent, ut constat ex Tridentino (sess. 23. cap. 1. ubi
ista species Ordinis, plures gradus habet, immo
perfectum (scilicet Sacerdotium) alios desiderat
res & ministrantes illi, ut Diaconatum, Subdi-
conatum &c. Sicut in eadem specie hominis ad-
duntur plures gradus, nimirum rationalis, qui est ho-
mo, & vegetativus, ac sensitivus, qui sunt infan-
C res, & rationali ministrantes. Unde dicunt
Ordines, solum sunt species quædam incompleta
& inadæquata, quæ materialiter se habent ad
constituendam speciem adæquatam & totalem sa-
cramenti Ordinis. De quo fusius in Tractatu
Ordine.

Potest etiam suaderi conclusio ex Catechismo
 Pii V. parte 2. cap. 4. ubi dicitur : *Non plura
 sed unum tantum Eucharistiae sacramentum Euc-
 haristia auctoritate dei christi confitetur : Acquis Euc-
 haristiae sacramentum non esset unum specificè,
 sed solum genericè, posset usque simpliciter dicere,
 non sit unum sacramentum tantum, sed plura
 ut simpliciter dicimus, quòd sunt plura animalia
 & non unum, licet sint genericè unum. Ergo
 sacramentum Eucharistiae, est unum specificè &
 tantum genericè.*

Eandem unitatem probat Suarez hic dicit, 31.
 scilicet, hoc discursu: Hoc sacramentum significat
 passionem Christi, & ipsum Christum in co-
 tuituram; item significat unionem fidelium, & co-
 tuituram gloriam: Sed nihil horum compescit signifi-
 catum per unam speciem, siquidem passio Christi
 significatur per separatam consecrationem languinis,
 & ex utraque specie unum integrum signum
 Christi completur, qui consistit carne & sanguine.
 Item gratia perfecti consistit, non nisi in eodem
 potu exprimitur. Denique fidelium unitas in
 uno corpore, & plena facietate gloria, non nisi
 per utramque speciem exprimitur: Ergo sacra-
 mentum Eucharistiae duplici specie constare, ubi-
 indeque est unum specie sacramentum, & non
 plura, quamvis species panis & vini, ut contra-
 ctiones corpus & sanguinem Christi, ad ejus consti-
 tutionem concurrant.

Verum plura quæ in hac ratione allumuntur, efficaciter non probant intentum; siquidem unius passionis Christi multa possunt esse signa et sacramenta. Item partim quæ integrant corpus Christi, etiam possent dari diversâ signa completa, ad invicem non adunata, inter se specie completa distincta, quamvis significatum